



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Defectus qui videtur in ipsa confessione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Licet enim illud non absolvi, ex variis causis ori-
pocentur, potuit tamen facile evenire, ut frequentissime
soler, propter ejus gravem indispositionem, ad quam
aspiciendum concurrere non licet Confessario. Immo
tantum is pronunciat, Nondum absolvi, quia Confessio-
nem non finivit; frangeret Sigillum, quia communiter
confessio, vel notat multa peccata, vel certe ali-
qua confessione penitentis. Sic Granado de Sac. contr. 7.
11. d. 6. num. 2. contra Suarium citatum à Diana p. 5.
11. ref. 4. 2. Excipio, quando confessio esset generalis
omnis vitæ, vel alterius longi temporis, idque omnibus
esset notum; vel penitens non agrè ferret, quod sciat
pluribus.

Testimonium de Confessione.

Hinc colligit Coninch, de pen. d. 9 d. 2. n. 14. Fag.
præcep. Eccl. 1. lib. 6. c. 4. n. 4. quando famuli vel
Scholares debent Superioribus testimonium suæ confes-
sionis afferre, debere Confessarios illud dare (intellige
de his, qui confessionem saltem inchoarunt) licet propter
absolutionis beneficio carerent. Ratio est, quia
non darent, proderent indispositionem eorum quam
inchoata confessione cognoverunt; nec dando, men-
turatur, quia jam illi initium fecerunt confessionis.
Quod si nullo modo, ne inchoatè quidem, iidem con-
fessarii sint, petant autem dictum testimonium, etiam ge-
nerosus sit, facta cruce, & recitato Confiteor, &c.
non video cum Bonac. de pen. d. 1. q. 4. 6. sect. 9. p. 4. n. 7. cur
debet Confessor dare (nisi fortè prudentia distet, utile
esse consilium semel vel iterum juveni sic accedenti mo-
ram, æquivocando, gerere, ut illum Confessarius, hæc
indulgenti humanitate lucratur:) nec video cur quan-
tum est ex vi Sigilli, (nam ceterum; caveatur ne pœ-
nitentis fama apud quos non pertinet deturperetur) cur
inquam nequeat dicere, Hic non est confessus? hanc
enim negativam non scit ex vi illius conf. d. nis.

Defectus qui videntur in ipsa confessione.

Ulla igitur sola superest hic difficultas: An liceat
intergere defectus, quos Confessor animadvertit
in ipsa confessione, sic v. g. proferendo, Hic est scrupulo-
sus, impotentis & nensis tempus conerit, est morosus
solitarius &c. Negant Granad. l. c. tract. 11. d. 3. Coninch.
l. c. n. 12. Hartad. de pen. disp. 12. diff. 4. Brun. tract. 4. de
pen. quest. 5. de Sigillo Conf. sine Castrop. de pen. punc. 19.
4. non 9 quia saltem id esset indirectè contra Sigillum
Concedit Delugo, de pen. d. 2. 3. sect. 3. n. 60. cum Navar.
c. 8. n. 51. cujus hæc fere sunt verba Verius credo hæc non
conerit sub Sigillo, quia defectus alij manifestantur à
penitente ad declarandam suam conscientiam & peccata,
& hi continentur sub Sigillo: alij sunt ibi ab ipso pœni-
tente, quos Confessarius non audit, ex relatione penitentis,
sed ipse eos videt & percipit: & hi sciri non dicuntur
sciri, sic non sunt sub Sigillo. Nam si penitens sit blasus,
si rudis, si bebetis ingenij, similiter si se ostendat natura
malicia, irrefoluta, durioris ad credendum; pari modo si
idem confessor committat aliquam Blasphemiam, contu-
meliam in Confessarium, & similia: non erunt hæc sub Si-
gillo, quia in confessione sunt non audientur.

Sed certe huic doctriæ, quamvis communem
merito vocet Diana p. 5. tract. 11. ref. 30 (ut quid enim
vocetur communis, cui tot Authores lit. C. citati re-
ferantur?) huic inquam doctriæ ne ut probabili quid-
dem acquiesco, ex illo principio superius ab omnibus
pen. admisso, quod, Quidquid injuriam facit penitenti,
pen. auditur agrè is fert ut emulgetur, cadit, ne odiosa
pen. Confessio sub Sigillum: at ejusmodi sunt ea, de qui-
bus disputamus. Et sane (ut in simili docet idem Delu-
go, supra à nobis n. 13. allatus) nonnunquam penitens
malice sciri se peccasse mortaliter, quam esse scrupulo-
sum vel insolentem. Quod si ageretur de promovendo tno
penitente in Prælatum, & tu patefaceres eum esse irre-
solute nature; molestène id ipse ferret necne. At hi de-
fectus videntur à Confessario, non audiantur. Claudi-
Part 11.

cans effugium, quando enim Doctores omnes supra pro-
nunciant illud, Omne quod reddidit onerosam confes-
sionem, esse tacendum, indifferenter pronunciant, nec di-
stinxerunt de auditione, vel de visione, & quidem me-
rito: perinde enim unum retardat à confessione, atque
alterum; & dimittit Christus DOMINVS huic malo
occurrisset, nisi pariter prohibuisset utrumque, quando
ex vi confessionis ab iplo nitiunt, similes defectus de-
prehenduntur.

19. Aio igitur sic esse distinguendum. Vel hi defe-
ctus pœnitentis passim sunt noti, ut esse blasum, calvum
&c. & tunc non cadunt sub Sigillum, propter rationem in
simili dictam num. 3. Vel sunt ignoti, & tunc cadunt
ut nimirum ab omni odio immunis sit confessio. Quare
si esse rudem, scrupulosum, &c. sit omnibus notum,
palam pronunciari poterit; non vero, si ignotum. Bla-
sphemix autem illæ vel similia commissa in ipsa confes-
sione, ideo poterunt manifesta fieri, quia illa vera con-
fessio non est, juxta dicta cap. 2. n. 4.

Peccatum dubiè notum.

20. Pœtes: Si Confessarius animi pender, an pecca-
tum aliquod sit sibi ex confessione notum, ob-
stingiturne Sigilli vinculo? Respondeo, obstringi. Ita
Bonac. de pen. d. 1. quest. 6. sect. 3. p. 2. n. 4. Ratio est quia ne
molesta sit confessio, præsumendum est pro Sigillo. Qua-
re hic locum non habet libertas loquendi; quia potitur
Confessarius, quæque cum sit certa, deberet vincere
obligationem Sigilli dubiam; locum, inquam non habet
siquidem contra talem libertatem prævaleret Christi in-
stitutione; periculum certum avocandi Fideles à Sacra-
mento Pœnitentiæ.

CAPVT VI.

Quinam teneantur ad Sigillum?

Confessor, pœnitens, interpres, alique audientes.

1. Certum est teneri, ipsum Confessarium, & non
teneri penitentem, Ita Suar. de pœnit. d. 33. sect. 4.
num. 2. & passim. hinc enim non nisi ad secretum naturale
servandum, ne scilicet in aliquo Confessarij famam læ-
dat, obligatur. Certum item sit, teneri interpretem,
quando ut necessarius ad Confessionem cuiuspiam ad-
hibetur. Ita idem ibidem. Delugo de pœnit. d. 13. sect. 2.
num. 2. alique contra Caët. v. Confess. cond. 11. apud Co-
ninch. de pen. d. 9. d. 3. n. 50. Item eum, qui vel casu vel
malitia inaudit peccata actu consentis, sic iidem contra
Sorum ex parte, ad iidem citatum. Item eum, cui
Confessarius peccata penitentis sive consulto atque
ad sacilege; sive inculpate recensuerit; sic iidem.
Item eum qui se Sacerdotem simulans, confessionibus
pœnitentium aures præbuit. Sic Suar. cit. sect. 2. n. 35. De-
lugo. cit. n. 10. Valq. de pen. q. 93. art. 4. n. 3. Ratio hor-
um illa una satis efficax est; quia in his, ne odiosior
evadat confessio, ratio Sigilli pro certo residet.

Is, à quo petitur licentia de reservato.

2. Prælatus à quo vel ipse pœnitens, vel ejus nuntius
petit extra confessionem licentiam de absolutione
à reservatis, ex aliquorum placito, obligatur ad Sigil-
lum. Ita Suar. Delugo l. c. n. 4. alique sed ex sententia alio-
rum, solum ad secretum naturale. Ita Coninch. Hentiq.
Valq. quos citat, sequiturque Castrop. de pen. q. 19. §. 4.
n. 10. Utrumque probabile est: Prius, quia ea petitio vi-
detur inchoata confessio. Posterior, quia præsumitur pœ-
nitens evocare velle ab obligatione Sacramenti, ea ne-
gocia, quæ volens & prudens extra Sacramentum ita clat.

Is, à quo petitur Consilium.

3. Sed adhuc dubitatur. Primò de eo, cui Confessa-
rius, de licentia pœnitentis narrat ejus peccata
E 3 seu